

EXERCITATIO XLV.

303

8. Quemadmodum enim nemo tam absurdus, qui motum celerem à tardo realiter differre velit affirmare, sed tantum modaliter, aut qui celeritatem rem aliam esse dicat à motu cuius est modus: ita nemo inter habitum & potentiam naturalem & ipsam animam nostram sibi debet majorem differentiam imaginari, sed potius, ob rei spiritualis præ corporea simplicitatem, minorem intercedere cogitabit. Est rem à modo, ut principale à minus principali & accessorio, discet internoscere, longè majus discrimen inter rem & rem ubique statuendo.

EXERCITATIO XLVI.

*Distincio inter latè & strictè dictam latè patet as multis
qui studiup controversiis finem imponit.*

2. **V**idimus adhibita inter realitatem latè & strictè dictam distinctione, quæstioni huic, an accidentia sint res, satisfieri: addemus hac occasione pluscula ejusdem distinctionis, aliis controversiis finiein imponentis, exempla.

2. *Mundi* vox accipitur aut latè pro tota rerum universitate, ut à Philosophis, vel strictè pro terra, ut à vulgo. Sed quia mul-

ti ad